

tione & honore omnium fuit: illustre documentum est, non modò, si quid ex humanis rebus expertendum aut affectandum est, quid pulcherrimum homini ac splendidissimum sit, ut ejus amorem in ardescat, quodque apicem votorum ac studiorum constituat, & infra quod omnia alia ducat; sed etiam quid sit præcipuum in eis, qui alios bene regunt, quantumque id habeat ad rei publicæ salutem ac gloriam virium atque efficaciam, quæ sine dubio Sapientia est; omni munimento firmior, omnibus armis potior, omnibus copiis fortior, omni sceptro augustior, omni opulentia magnificenter, omni imperio potentior, omni vi terribilior, omni splendore amabilior. Solomon, si quis aliis, hujus rei exemplum, idemque certissimus testis est. At si consideremus, in quantam nihilominus ille sapientissimus ruerit stultitiam; quanta & quam *ανέφικτος* veræ sapientiæ profuditas, quamque longè dissita ab ejus arte mens ratioq; humana, quamque proclive sit, umbram pro ejus luce, radium tenuem prototo jubare adamare, congetu facile est. Quod quum ita sit, apparet, quid de seipso vel maximus quisque sentire, quam parum suæ sapientiæ, qui neque tam disertæ promissiōnis neque tam manifestæ largitionis Dei compertius.

ti lung